



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Q[uod] ad præinductam triplicem viam plurima reducuntur, q[uae] hinc
inde a doctoribus sunt co[n]scripta.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)



Vam magnificata sunt opera tua *Psal. 103*
domine: omnia in sapientia fecisti.
Primo de coelo & mundo Aristote-
les ait. Per hunc quidem numerum (pu-
ta trinarum) adhibeamus nos ipsos
magnificare vnum deum eminentē

proprietatibus earum quae creata sunt. Quod ideo di-
xit Philosophus, quia in cunctis creatis apparet
perfectio quaedam in trinario: sicut in principio,
& medio, ac fine. Idcirco antiqui deum honoraue-
runt orationibus ac sacrificiis triplicatis: prout com-
mentarius ibi exponit: et Thomas super primum *Thomas*
Sententiarum allegat. Itaque numerus iste trinarus
perfectioem & excellentiam quaedam importat ae-
que in creatis omnibus inuenitur, & in ipso crea-
turae consistit perfectio. Hinc superbendictae tri-
nitatis vestigiū dicitur in omnibus relucere. In o-
mni namque creato quaedam est trinitas, praesertim
in entibus esse completum habentibus. Vtpote essen-
tia, potentia, & operatio: seu esse, posse, & age-
re: principium, medium, & finis: actus, potentia, &
vtriusque conexio: seu quod est & quae est, & amborum
coniunctio: modus species & ordo, seu numerus,
pondus, mensura. Vnde per sapientē deo dicitur. *Sapient. 11*
Omnia in numero & pondere & mensura consti-
tuisti. *Psal. 103.* Rectissime ergo Psalmographus cecinit
creatori: Quae magnificata (.i. valde magnifice,
valde eminenter ac ordinate facta) sunt opera
tua. Nam omnia in sapientia fecisti. i. sapientissi-
me. Conformiter in rationali creatura ad trinarium
quendam quasi omnia reducuntur etiam viae & exer-
citia ac media quibus ad deum pertingit ad viam vi-
delicet purgatiuam, illuminatiuam, ac perfectiuam
seu vnitiuam. Nempe ad viam purgatiuam per-
tinet status incipientium, Ad illuminatiuam sta-
tus pro-

tus proficientium. Ad vnitivam status perfectiorum. Rursus ad purgativam pertinet status animalis. Ad illuminativam status rationalis. Ad perfectivam status spiritualis. Item ad purgativam pertinet principium reformationis rationis voluntatis atque memoriae. Ad illuminativam perfectus reformationis huiusmodi. Ad vnitivam reformationis eiusdem perfectio. Præterea complex sit veritas, scilicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritasque iustitiæ. Ad purgativam pertinet veritas vitæ, ad illuminativam veritas doctrinæ, ad perfectivam veritas iustitiæ. Adhuc ad purgativam pertinent virtutes politicae, ad illuminativam virtutes purgatoriae, ad vnitivam virtutes purgati animi. Postremo ad purgativam pertinent servi fideles, ad illuminativam amici, ad perfectivam occulti filij. Potest dici, quod ad purgativam pertineant virtutes sensuales, præsertim ad sensitivum appetitum, quæ circa passionum refrenationem tractantur: ad illuminativam virtutes intellectuales, ad vnitivam virtutes theologicas, præsertim ad deum suum esse perfectum: & maxime charitas.

Declaratio prædictorum: videlicet distinctio inter servos & mercenarios ac filios amicos occultosque filios.

Art. XXI.

Ioha. 15.



Am non dicam vos servos, sed amicos: quia omnia quæcunque voluit a patre meo, nota feci vobis. Ista verba Christi, quibus inter servos & amicos distinguit: cum tamen omnes servi ac virtuosi sint servi ipsius. Abbas Cassianus mercenarios præfert sequi.